

D. IGNATII  
ARCHIEPISCOPI  
Antiochiae, & Martyris  
Epistolæ, prorsus  
Apostolicæ:

Hieronymo Vaitlenio Sylvio interprete,  
cum brevis. in eisdem scholiis.



ANTVERPIÆ,  
Ex officina Christophori Plantini,  
Prototypographi Regij.  
ANNO M. D. LXXII.

# REVERENDISS. IN CHRISTO PATER

*tri, & Domino Ampliss. D. Vvilelmno Damasi Lindano,  
Episcopo Ruremondensi Ecclesie digniss. Domino suo in  
omnibus obseruando, Hieronymus Virlenius Sylvius salu-  
rem & felicitatem optat.*

**R**E D I T ad D. Tuā Reverēdissime in Christo Pater, Diuus Ignatius Archiepiscopus Antiochenus, & Martyr sanctissimus, idq; serius quām futurū opinabat, sed hāc moram longiusculam facilē compensabit (nisi mē omnes fallunt conjecturæ) fructus, quem hinc pius lector referet; cui adiecimus succincta scholia, quibus obscuris & ambiguis aliquot locis lucem & germanam lectiōnem restituimus. Quoties autem nostram hāc versiōnem cum ea cōfero, quæ haec tenus incerto interprete inter studiosorū manus versata est, minus me sucepti laboris pœnitit. Nam si quis illam cum græco codice expendat, mirū quātum bonus ille vir, quisquis tandem interpres fuerit harum Epistolarū, exorbitarit, & halucinatus sit, qui nō tā vertit quā peruerit, immo contaminauit omnia, ut vix unus occurrat versus sive linea, in qua non hæreat insigne aliquod mendū, ut pius lector, quātumvis æquus & patiens, sine fastidio & stomacho ullam partē harū epistolarū legere possit, qui vel nouæ versionis gustum aliquem habeat, vel in græcanicis literis aliquid iudicij naētus fuerit. ut interim taceā quædā suo loco mota, nōnulla adiecta, & multa omissa, quod facilē intelliget lector, ubi incidenter in epistolam ad Polycarpū, quæ octaua ordine est: in qua deprehēdet dimidiū epistolæ detruncatū, ab eo loco, Passibilem verò propter nos ut hominem. Laudandus sanè honestus ille labor, & pius conatus Vvilhelmi Motelij typographi Regij apud Patiensenses, qui typis

*Interprē  
consilium cur  
de Græco ver  
mit post a-  
bias.*

D. I G N A T I I M A R T Y-  
ris, & Antiochiae Archicpisco-  
pi Epistolæ.

A D M A R I A M C A S S O B O L I T E N ,  
E P I S T O L A I .

I G N A T I V S , qui & Theophorus , fidelissimæ , Deo  
dignæ , & Christo plenæ filiæ , Mariæ ab altissimo  
Deo Patre , & pro nobis mortuo Iesu Christo mi-  
sericordiam consecutæ plurimam in Deo salutem .

ITERIS hæc tenus præstantior est risus , i-  
quod cum è sensuum choro pars sit , non mo-  
do nis , que communicat amico , accipientem  
honorat , sed & in que vicissim suscipit , di-  
cat desiderium , quod ad præstantiora aspi-  
rat . Verum secundus hic ( quod dici solet ) por-  
tus est epistolarum scribendarum ratio : quā velut commodam  
stationē à fide tua eminus accepimus , ut qui per literas cognos-  
cerimus eam quæ in te est honestatem . Bonorum namq; ani-  
mæ , & seminarum sapientissima , similes sunt purissimes fenti-  
bus . Hi enim vel non sicutentes , aī sc̄ suapte perirabunt pulchri-  
tudine ipsos transeuntes ad potum hauriendum . & tua pru-  
dentia me compellit , hortarique , ut dininarum aquarum in  
animatua scaturientium particeps siam . Ego rero ô beata , nō  
tam meus , quam aliorum nunc factus , multorum aduersario-  
rum arbitrio exagitor , partim exilio , partim custodiū , partim  
vinculis . At nihil eorum curio , verum eorum iniurias crudior , ut  
Iesum assequar , fruas suppliciis mihi paratis : quandoquidem